

rerum opifex deus, de rebus humanis sic prouidit, vt in eis nichil esset, quod non varietati temporum, seu transmutacioni subiaceret, Igitur ne eorum memoria que aguntur in tempore, simul cum tempore elabatur, necesse est, vt scripture aminicolo fulciantur, Hac igitur consideracione ego johannes inductus, multorum beneficiorum, ac solacii multiplicis, que habueram, et senseram, ac habiturum me spero, a reuerendis dominabus monasterii sko, nequaquam inmemor jmmo obligatum me ex illis multipliciter recognoscens, omnia bona mobilia et immobilia ad me spectancia, confero dicto monasterio sko, ob remedium anime mee perpetuo possidenda, si prolem legittimam ex dilecta vxore mea Elena mihi superstitem me habere non contingat, possessione seu vsufructu tantum, mihi pro vita mea retentis in eisdem, volo eciam ordinacionem et condicionem saluam per omnia esse, quam cum dicta vxore mea feceram super communibus bonis nostris, que est talis, videlicet quod si ipsa me mortuo superstes fuerit, de omnibus bonis mobilibus et immobilibus, que simul habemus et possidemus, medietatem integre percipiat ac leuabit, alia vero medietas cedat Monastro supradicto, si autem ipsam ante me mori contigerit tunc heredes ipsius terciam partem omnium bonorum mobilium secundum leges patrie hereditabunt, In horum autem testimonium euidens sigilla Reuerendorum dominorum, domini Magni gregorisson, et domini benedicti bouason, nec non et sigillum meum proprium presentibus sunt appensa.

*På frånsidan: Littera testamenti et mortus super Wastadha.*

Sigillen: N. 1, 2 skadade; 3 borta, remsan qvar.

1733.

1291 d. 18 Jan.

Rom.

Påfven NICOLAUS IV:s Bulla till Abbedissor och Conventer af S. Claræ Orden, om befrielse från afgift till Påsliga Legaters underhåll.

A. i. d. \*)

NICHOLAUS episcopus seruus seruorum dei dilectis in christo filiabus vniuersis abbatissis et conuentibus sororum inclusarum monasteriorum ordinis sancte clare, salutem et apostolicam benedictionem, quanto studiosius deuota mente ac humili contemplacionis diuine vacatis obsequiis, tanto libencius vestre pacis procuramus comodum et quietis, attendentes igitur quod licet quam plurima monasteria vestri ordinis varias possessiones optineant. idem

---

\*) Ur en af Minoriterbrödernas Gardian i Upsala Simon utgifven vidimation af den 27 Oct. 1345. Finnes äfven i en vidimation på papper, utgifven af Biskoparne i Linköping och Wexiö, Nicolaus och Thomas, dat. Stockholm den 12 Maj 1366.

tamen ordo in paupertate fundatur vosque voluntarie pauperes christo pauperi deseruitis, vestris supplicacionibus inclinati ut vos seu vestrum aliique, ad exhibendum procuraciones aliquas legatis vel nunciis apostolice sedis siue ad prestandum subuencionem quamcumque vel ad contribuendum in exactacionibus vel collectis seu subsidiis aliquibus per litteras dicte sedis aut legatorum vel nunciorum ipsorum seu rectorum terrarum vel regionum quascumque impetratas vel eciam impetrandas minime teneamini nec ad id cogi possitis eciam si in huiusmodi sedis eiusdem contineatur litteris quod ad queuis exempta vel non exempta loca et monasteria se extendant; et aliqua eis cuiuscumque tenoris existat ipsius sedis indulgencia non obsistat nisi forsan, littere ipse dicte sedis de indulto huiusmodi et ordine vestro ac nomine cardinalis, cui gubernacio, protectio et correctio fratrum minorum ac eciam cura monasteriorum abbatissarum et monialium sancte clare ordinum presencium et futurorum pro tempore commisso fuerint plenam et expressam fecerint mencionem, auctoritate vobis presencium indulgemus, nos enim decreuimus irritas et inanes, interdicti suspensionis et excommunicacionis sentencias si quas in vos vel aliquam vestrum aut aliquid monasteriorum vestrorum seu quoscumque alias occasione vestri premissorum pretextu contra huiusmodi concessionis nostre tenorem per quemcumque decetero contingit promulgari, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dej et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursum, Datum apud urbem ueterem quintodecimo kal. febr. pontificatus nostri anno tertio.

1734

1291 d. 1 Aug.

Rom.

Påfven NICOLAUS IV:s Bulla om aflat för dem, som vilja antaga korset, för att med Konung Edvard i England draga till Förlöfvade landet vid midsommarstiden år 1293.

A. 2. \*).

NICOLAUS Episcopus seruus seruorum dei, vniuersis christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint, Salutem et apostolicam benedictionem. Illuminet super vos dominus uultum suum, et ita suo lumine, ad recensendum attentius, qualiter redemptor noster salutem humani generis in terra sancta dignatus est misericorditer operari, oculos in vobis hominis interioris illustret, quod accendatur ut ignis ad subueniendum terre illius necessitat-

---

\* Ur en af Ordenspriorn i Danmark O. till Predikarebrodren Israel i Sigtuna, meddelad afskrift, dat. Lund år 1292.